



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De insano si homicidium perpetrauerit. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMAC DE

corpus domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

Item de homicidio sponte commisso. Cap. XIII.

Ex cōcil.

Ancira-

no, ca. 21.

QVI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentia quidem iugiter submittant se, perfectionem circa vitæ exitum consequantur.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cōcil.

Parisiēsi.

cap. 6.

SI quis homicidium sponte commiserit, & non violenter resistens, sed vim faciens, innocentē & simpliciter glandem interficerit, usque ad finē vitæ suæ grauiterniteat, sic tamen, ut si pœnitentiā bene peregerit, in eius communionis viaticum non negetur.

De homicidio non sponte commisso. Cap. XV.

Ex cōcil.

Ancira-

no, ca. 22.

DE homicidiis non sponte commissis prior quidē definitio, post septennem pœnitentiam, perfectionem consequi præcipit. Secunda verò quinquennii tempus explore.

De eadem re. Cap. XVI.

Ex cōcil.

Hænetē.

cap. 2.

SI quis casu non volēs, homicidium perpetrauerit, draginta dies in pane, & aqua pœnitentia. Quibus per actis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat, post biennium in communionem rationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis mandata.

De illo qui domino suo præcipiente homicidium fecerit. Cap. XVII.

Ex eodē,

cap. 25.

SI quis liber iubēte domino suo serruum eius occidat, ut homicidium sponte commissum pœnitentia.

De illo qui serruum suum interfecerit. Cap. XVIII.

Ex cōcil.

Agathē.

SI quis serruum proprium, sine conscientia vel iudicio dicis occiderit, ut homicidium sponte commissum, cap. 62. geat.

DE HOMICIDIIS DECR. LIB. VI. 147

nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reserueretur: ei tamen indicetur publicè à presbytero, quod communione ecclesiastica indignus sit, & ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem, & per pœnitentiam condignam, ab hoc crimine se absoluere certet.

De insano, si homicidium perpetrauerit. Cap. XXV.

Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mētem *Ex eodē*, peruererit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quām *cap. 7.* ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quāvis pœnitentia sit imponēda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur: tantum tame n lenior, quām ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irrationalib[us] rationabili constat esse discriminis.

De illis qui beneficio homicidia committunt. Cap. XXVI.

Si quis verò beneficio interfecerit alterum, eo quod sine *Ex cōcil.* idolatria perficere scelus non potuit, nisi in fine *Elibertā.* Partiendam non esse illi communionem. *cap. 5.*

De illo per cuius delationem aliquis imperfectus fuerit. Cap. XXVII.

DElator si quis extiterit fidelis, & per delationē eius *Ex eodē*, aliquis fidelium fuerit præscriptus vel imperfectus, *cap. 1.* placuit eum nō nisi in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquenij tempora admittatur ad baptismum.

Quod tria genera sint homicidarum. Cap. XXVIII.

Homicidarū verò tria genera esse dicebat, & pœnam *Ex epist.* eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas *Clemētis* imperfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque *papæ*, *ea* odiētes, homicidas esse manifestabat. *Quia occidit, qui odit fratrem suū:* & qui detrahit, pariter homicida esse monstratur. Omnes enim à carnalibus desideriis quae militant aduersus animam abstinere, & bonam eorum cōuersationem ac innocentē omnibus monstrare rogabat. *Ex corde* enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat. *Seniores venerari, & iuniores diligere, Episcopos sacerdos-*

T iii